

SCRIPTA

Numéro Scripta : 7524

Auteur(s) : Nicolas de Granchort, vavasseur [autre]

Bénéficiaire(s) : Saint-Jean de Jérusalem (ordre)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1230

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Coutumes des hôtes de l'hôpital de Saint-Jean de Jérusalem, à Pissi (canton de Maromme).

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Delisle Léopold, *Études sur la condition de la classe agricole et l'état de l'agriculture en Normandie au Moyen Âge*, Évreux, Hérissey, 1851, Appendice VI, p. 656-657 (« 666-667 » : pagination incorrecte).

Texte établi d'après a

Noverint universi, presentes et futuri, quod ego Nicholaus de Granchort, vavasor, dono et concedo Deo et Beate Marie et Sancto Johanni Baptiste et pauperibus sancte domus Hospitalis Jhrusalem, pro salute anime mee et antecessorum et successorum meorum, in puram et perpetuam elemosinam, terram ad hospitandum decem et octo hospites in feodo meo de Pissi. Statutum est enim per me et per dominum meum, Matheum Lovel de Granchort, militem, ut unusquisque hospitum Hospitalis dicti habeat in masura quatuor vinginti pedes terre in longitudinem et tantumdem in latitudinem et unam acram terre ad curtillum censualem, et unam aliam acram terre ad garbam, simul cum masura sine separatione in perpetuum. Et pro quatuor vinginti pedibus terre mesure reddet unusquisque hospes Hospitalis duodecim denarios usualis monete ad festum sancti Remigii, et duas minas avene et duos panes et duos capones ad Natale annuatim Hospitali. Et pro curtillo unius acre reddet unusquisque hospes similiter duodecim denarios ad festum sancti Remigii et duas minas avene et duos capones ad Natale annuatim Hospitali. De quibus censibus dictis medietatem per manum Hospitalis ego dictus Nicholaus recipiam. De alia vero acra terre ad garbam reddet hospes michi campartum, et relevamen de decessu antecessorum suorum, et tria auxilia temporibus in quibus deberint ad usum patrie sine participatione Hospitalis. Furnagia vero et estalagia et scanbagia et herbagia redditur Hospitali. Et si hospes vendiderit hostisiam suam, tridecum de venditione reddet denarium Hospitali. Et de omnibus his medietatem per manum Hospitalis recipiam. Preterea, si hospes Hospitalis forfecerit in feodo meo, qualemcumque sit forefactum, non dabit pro emenda nisi tantummodo duodecim denarios, excepto sanguine et furto. Placita vero forefactorum et omnis justicia tenementorum dictorum hospitum et de dictis hospitibus deducenda erunt in curia Hospitalis. Et medietatem omnium rerum dictarum per manum Hospitalis recipiam. Hospites vero predicti habeant de cetero usus Hospitalis et consuetudines, ut habent alibi inter se. Teneor ego dictus Nicholaus vel heres meus deliberare Hospitali hostisias dictas cum pertinentiis, cum a fratribus fuero requisitus. Volo enim et concedo ut una hostisias dictarum hostisiarum sit propria hospitalis ad usus ejus vel ad ponendum propositum (sic) famulum Preterea, si magis valerere adquirere de feodo dicto aliquo tempore, illud quod adquiererem vel heres meus in usus Hospitalis dicti et nostri cederet in perpetuum. Hanc donationem concesserunt Willelmus, frater meus, et Aelicia, soror mea, et dominus meus Matheus Lovel de Granchort, de quo teneo dictum feodium. Et ut ratum hoc

et inconcussum permaneat semper, presentem cartam sigillis nostris roboravimus, et in pura et perpetua elemosina confirmavimus. Actum anno Domini m° cc° tricesimo.